

paritione in festis c. 2. §. 14. ubi refert, si quis
 comparere coram Deo in festo vellet & ederet su-
 as victimas vel pro comparitione vel lætitia festi
 cæsas cujusmodi salutares appellabantur victimæ
 de quibus aliqua Deo immortalis obtulerat, ac de
 iis nil exhiberet viduabus & pupillis vel etiam pro-
 felytis, illum non lætari juxta mandatum divinum
 potuisse, sed potius in luctu panem cibumque su-
 um comedisse, quia solus cum familia sua come-
 disset. Partem enim sacræ lætitiae in eo rectissime
 ponebant si viduæ pupilliique, quibus non suppe-
 tebat unde alerentur, simul divitibus in re lauta
 versantibus gauderent; sicut enim unum mem-
 brum corporis minime lætatur si dolet membrum
 alterum, quin potius in tristitiam doloremque
 conjicitur: ita etiam pii Hebræi veteres minime
 gaudere se in festis posse arbitrabantur, si vera
 membra Ecclesiæ Hebrææ viduas nempe & pupil-
 los non simul ad commune gaudium divinum ex-
 citarent. Quam etiam derivabant in Levitas cu-
 ram, quandoquidem cum illi non haberent fun-
 dos proprios, ne propterea dolerent, & a commu-
 ni gaudio averterentur, eos in sancti communio-
 nem epuli recipere cupiebant, ut communes ha-
 be-